Noverint Universi q nos Antonius font als peret gal petrus tou bartholomeus roig loci de maria et stefanus bonet loci de Hero
anno presenti iurati presentis ville s^te margarite habentes ad infrascripta et alia peragenda plenum posse mediante consilij determina
tione celebrati in presenti villa in loco assueto sub die mensis anno gratis et ex certa scientia ad bene videlicet meliorandum cultura
ndum et in aliquo non deteriorandum damus stabilimus et in emphiteozim perpetua concedimus cedimus et tradimus vobis honor grego
rio alos eiusdem ville s^te margarite presenti et inferius acceptanti et vris successoribus et quibus volueritis perpetuo septem cor
tonos terre vel quod revera fuerit franchos de cens de pertinentijs possessionis de alcudiola que fuit Joannis monjo dicti de alcudiola per nos emp
te per curiam mag^ci petri raymundi caforteza domicelli de maio in civitate maio sub die decima octava mensis novembris anno a nati
dni millesimo quingentesimo nonagesimo primo prox^e preterito situate in termino pntis ville s^te margarite tente sub alodio directo dominio
et iurisdictione caballarie de alcudiola dicti mag^ci petri raymundi cafortesa ad presentationem fathice decem dierum et ad mercedem de
laudimio et ad vigesimu de decimo ex omnibus expletis in ea fideliter colligendis Et affrontant dicti septem cortoni terre quos vobis stabilimus
ex una parte cum terris andree alos et ex alia parte cum terris onofij califat camino mediante per quem itur ana l rafal de arnau alos
et ex alia parte cum terris margarite stelricha vidue Joannis stelrich vedor et cum terris mathej monjo paratoris et ex alia parte cu terris
cosme serra sequia mediante predictos itaque septem cortonos terre prout superius affrontant, includunt et terminantur cum omnibus
integritatibus proprietatibus terminis tenedonibus pertinentijs introitibus et exhitibus suis et generaliter cum omnibus alijs universis et
singulis iuribus ad hoc stabilimentum pertinentibus et spectantibus vobis dicto gregorio alos et vris ut dictum est superius stabilimus
sub tali tamen pacto et conditione q pro cens et melioramento inde exeuntibus detis et solvatis vos et vri nobis et nostris a die tertia
mensis decembris proxime preteriti ad unum annum et sic deinde anno quolibet et perpetuo dicta die quinque libras et sex solidos moe
maio cens et rens allatas solutas positas et portatas intus dicta presentem villam sancte margarite et cum pedagio quinque solidorum
per vos vel vros more solito solvendorum quas possitis luere redimere et quitare quandocumque volueritis ad rationem de octo pro centenario
in duabus quitationibus nobis et nostris francho et quitio et ex pacto inter nos convento non possitis dictos septem cortonos terre reddere
deserere derelinquere seu desemparare quin prius redimeritis quartam partem dicti cens ad dictam rationem de octo pro centenario fran
cho et quitio nobis et nostris in his vero non proclametis neque eligatis vos seu vri alium dominum seu dominos nisi tantum dictu magnificu
allodiarium et suos et nos et nostros in dicto nostro cens. liceat que vobis et vris post dies decem ex quo seu quibus fathicati fueritis presentem acquisi
tionem vram una cum omnibus meliorammentis et augmentis ibidem factis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignerare et
aliter alienare indeque facere vras et vrorum omnimodas voluntates salvo tamen semper in predictis iure directo alodiali dominio laudi
mio fathica iurisdictione ac decimo predicto dicti mag^ci allodiarij et suorum ac scribania publica ipsius salvoque etiam nobis et nostris cens
predicto promittentes et bona fide convenientes vobis et vestris quod predicta que vobis stabilimus faciemus vos et vestros et quos volue
ritis semper facere habere tenere et in sana pace perpetuo possidere et defendere contra omnes personas Et tenemur inde vobis et vris
firmiterque teneri promittimus de evictione et de omni damno ac etiam interesse littis et extra pro quibus omnibus et singulis supra
dictis sic complendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona dicte universitatis et singularium
eiusdem mobilia et immobilia pntia et futura renuntiantes quantu ad hec libellj oblationj acordio unius diei firme iurisdationj pigne
ris ad decem dies et spatio quadrimestri maio concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus subhastandis et venden
dis ferijsque messium et vindemiaru dilationibus et foro nostro proprio et privilegio ipsius fori submittentes nos et omnia bona dic
te universitatis foro et iurisdictioni curie dicte caballarie in posse cuius promittimus ius facere illius iurisdictionem in nos porro
gando et consentiendo pro intrata vero huius di stabilimentj confitemur et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse quinque
solidos moe maio unde renuntiantes ex^ni dicte pecunie non numerate non habite et non recepte reique sic non geste et doli ma
li actionique in factum Et his pns Ego Jam dictus gregorius alos acquisitor predictus et dictum stabilimentum de dictis septem
cortonis terre cum pactis et conditionibus supradictis acceptans promitto dictam terram bene meliorare culturare et in aliquo
non deteriorare dictasque quinque libras et sex solidos moe maio cens anno quolibet dicta die vobis et vris allatas intus dictam
villam sancte margarite solvere dictosque septem cortonos terre non deserere reddere seu desemparare quin prius redimerim quar
tam partem dicti cens ad dictam rationem de octo pro centenario francho et quitio ceteraque omnia alia et singula per me attendere
attendere servare et complere pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis tenendis et inviolabiliter observandis obli
go vobis et vestris omnia et singula bona mea mobilia et immobilia presentia et futura ubique sint renuntians quantu ad hec
libelli oblationi acordio unius diei firme iurisdationi pigneris ad decem dies et spatio quadrimestri maio concesso bona mobilia non
habentibus pro bonis immobilibus sub hastandis et vendendis ferijsque messium et vindemiarum dilationibus et foro meo proprio
et privilegio ipsius fori submittens me et omnia bona mea foro districtui et iurisdictioni curie dicte caballarie in posse cuius promit
to, ius facere illius iurisdictionem in me porrogando et consentiendo Actu est hoc in villa s^te margarite insule maio die quarta me
nsis aprilis anno a nati domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo Sig+++na nostra Antonij font petri tou bar
tholomei roig et stefani bonet iuratorum stabilitorum Sig+num mei gregorij alos acquisitoris predictorum qui hec lauda
mus concedimus et firmamus.

Testes in quorum pntia dicti iurati firmaverunt dempto dicto roig sunt Antonius rebassa et fs. font home
nas presentis ville s^te margarite et testes firme dicti barthi roig qui firmavit dicta die sunt discre
tus petrus servera scriptor maio et dictus antonius rebassa testes vero firme dicti alos qui dicta die
etiam firmavit sunt dictus discretus petrus servera et petrus femenia filius Joannis. ‖

penes me Andrea Carelles not.

gpm

85
PERG085

Alcodiola

No. 54

85